

EMBLEMA LXXIX.

Iupiter spoliatus.

LXXIX.

Sceleri dat inertia vires.

Iupiter hæc pateris? rupto neque fulmina cœlo
 In tam sacrilegos, desidiose, iacis?
 Ecce, gigantæi repetuntur crimina belli,
 Tuque veterinosus, segnis, inersque sedes?
 Nonne, Syracosius scelerum sentina tyrannus,
 Cernis, ut exspoliet per sacra templa Deos?
 Omnibus, ex gemmas raptor detraxit, & aurum;
 Nudoque in saxo numina nuda sedent.
 Nulla suos retinent spoliata altaria cultus;
 Muneraque effractis sunt sacra rapta feris.

Quid?